









1709.

1. Berger, Fr. Gottfriedus: De errore diaetae in potu.
- 2^{ant} = Berger, Fr. Henricus: De discrimine bonorum uxoris.
2 Exempl.
3. Berger, Fr. Henricus: De exordio proprietatis, seu origine domini.
4. Berger, Fr. Henr.: De exceptione non numeratae pecuniae adversus cambium.
- 5^{ant} = Berger, Fr. Henr.: De herede in re certa instituto. 2 Exempl.
- 6^{ant} = Berger, Fr. Henricus: De maturanda domini probatione per usucapionem. 2 Exempl.
7. Beyerus, Georgius: . . . facultatis juridicae . . . Decanus: Cirtus academico s. p. d. et spiritus s. gratiam appreciator.
8. ^{ant} Beyerus, Georgius, Ordinis Johanni . . . Decanus: Lectori benevole s. p. d. (ad Disputationem inauguralem Franci Caroli Kethermacht invit.)

9. Beyerus, Georgius, facultatis juridicae --- Decanus:
Circulus academicus s. p. d. (et ^{aliquo festo Valdekkelii} ~~et die festo s. p. d.~~
recentior et pie celebrandum indicat.)
J. Hertholdii approbatur)

10. Beyer, Georgius, Ordinis Sutorum --- Decanus:
Lectri benevole s. p. d. (ad Disputationem
inauguralem Christiani Hoffmanni innotat)

11. Beyerus, Georgius; . . . Ordinis Sutorum . . . Decanus:
Lectri benevole s. p. d. (ad Disputationem Frederici
Erhardi Glasewald innotat)

12. Beyerus, Georgius: De violatione securitatis
domesticae, Haß. Friedenbruch.

13. Beyerus, Georgius: De legato liberationis
ab indebito

14^a Gruber, Mich. Henricus: Ordinis j. m. --- Decanus:
ad Disputationem inauguralem Gulliperti
Henrici Valckelii innotat.

14⁶ Grotius, Arch. Henricus: Ordin. jur. Decanus: ad deputat.
nem inauguralem Gouffred. Henr. Vuelkelii ... innotat
simulque de titulo Frederici Sapientis praefectus probatus
Dissert.

15. Grotius, Arch. Henr. Ordin. - jur. ... Decanus: ad deputatio-
nem inauguralem ... Joannis Jacobi Hieronimi ...
innotat

16. Grotius, Arch. Henricus, Ordin. juridici. ... Decanus:
lectori venerabili s. p. d. (ad deputatorem inaug.
Joannis Davidi Vuelkelii innotat)

17¹⁷ Grotius, Arch. Henr.: de incertis cum novercae
matre nuptiis. 2 Exempl

18. Hornius, Corp Henr.: De processu summatus

19. Hornius, Corp Henr.: De comitibus Palatinis.
Serruall

20²⁰ Hornius, Corp Henr.: Ex argumentis juris practice
... deputatit 2 Exempl

22a. 620.

Hornius, Leop. Hartman: D. burggravii Magdeburgensis

3 exempl.

22. Knoblach, Jo. Andreas: D. principio juris naturalis
germanici.

23. Knollath, Jo. Andreas: De scientiis quasdam perditas

24^a = 24^b. Leyserus, Augustinus: Collationem juris
Germanici cum jure Romano et moribus hodiernis
instituent. 3 exempl.

24^a Leyserus, Augustinus: Collationem juris
Germanici cum jure Romano et moribus hodiernis.

24^b f. Continuum abunt --

26. Luescherus, Leopold, Ord. Theol. ... Decanus: Solennis

doctrina ... publice celebranda indicat, hospites
que omnes et singulos, decanos ad eadem invitat.

26. Schramm, Ernest Christianus: Colleg. philol. assessor:

Ad scholas in arithmeticas. Tomi foris que experienda.

per aff'cirse iuvitat.

27. Vallantus, Christianus Guilelmus: De historia Muldunae
literariae

28. Weinsdorf, "Gottl. Director civitatis a. c. d. s. p. d. (atque ad
ser. Paschal. sancte transigentes eosdem cohortatus)

28 - Weinsdorf
29. Wenter, Fr. Balduus: De beneficiis competentiae gene-
rationis, speciatimque nobilitatis, consero.

30. Wenter, Fr. Balduus: De mortuo uxo.

31. Wenter, Fr. Balduus: Theresia misallianca sa variis
jura legitime . . . pallione rehabilitationis submittit

[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a historical document or letter.]







146.

1709 9

10

PRORECTOR
 ACADEMIAE VVITTENBERGENSIS
GEORGIVS
BEYERVS,

J. V. D. Pandect. P. P. Curiae Provinc. & Scabinatus
 Electoralis Saxonici Assessor, nec non Facultatis Juridicae h. t. DECANVS,

CIVIBVS ACADEMICIS

S. P. D.

**ET SPIRITVS S. GRATIAM
 APPRECATVR.**



Ravis omnino magniqve mo-
menti controversia est: *an*
impiis etiam Spiritus S. quod-
dam illuminationis donum im-
pertiat? & illa quidem tam
late patet, totqve dissidenti-
um studiis, tot indies tricis im-
plicatur, ut vel unum hoc verear, ne breviter si-
mul ac solide excuti haud queat. Neqve tamen
alienum a sacro hoc tempore fore putem, de isthoc
argumento disquirere, cum minime constitutum
sit, litem intendere cuiquam, sed placido potius
docendi genere, animos a litigio & contentione
revocare. Principio quidem *impii* nomen in hac
quaestione *πολύσημον* est, ut solent novarum o-
pinionum studiosi, in *ἀμφοβολίαις* suas sibi quae-
rere delicias. Nam *irregentum* illi atqve *impii*
eundem faciunt. Quae tamen si tolerari poterat
ἀνυπολογία, facit tamen subdola haec vocum
permistio, ut homo quicumqve in coetu cre-
dentium, qui vel vitiiis se contaminet, vel rigidio-
ri vitae generi non studeat, irregentis ipsisqve
Paganis accenseatur, eidemqve si non omnis, at
illuminationis tamen gratia derogetur. Irre-
genitus enim nativo tritoqve Scripturae usu, is nobis
est, qui extra Ecclesiae pomoeria degit, nec pro-
inde sacro fonte ablutus, nec Verbi luce collustra-
tus unquam fuit, vel ut cum Apostolo loquar. qui
ab alie-

abalienatus a republica Israelis & extraneus a testamentis promissionis, nec spem salutis habet, nec veram DEI cognitionem, *Eph. II, 12.* verbo, *ὅτι ψυχὴ ἄνοος* seu mere naturalis est, ac ne capit quidem ea quae Spiritus sunt, nec potest intelligere. *1. Cor. II, 14.* Ac hujusmodi quidem homini irrogenito, vecors sit, qui gratiam illuminationis ausit tribuere. Quin potius de ejusmodi homine disquiritur, qui olim per Baptismum regenitus, postea per peccata mortalia DEI gratia excidit, & in statu irae divinae vel periodico, vel perpetuo degit, interim tamen vires ex gratia regenerationis reliquas habet, quibus per Legem & Evangelium resuscitatus, de admittis sceleribus subinde convincitur, ac donis insuper administrantibus excultus, sacro officio recte fideliterque defungitur. Quem quidem hominem si irrogenitum κατὰ τὴν diceres, non equidem magnopere repugnarem. At si tamen magis sobrie loquendum sit, *lapsum* cum Scripturis, *securum* item, & *impoenitentem* rectius appellandum, ducerem. Permultum autem discriminis intercedit utrinque. Alter enim in filium adoptatus fuerat, unde jus redeundi ad Patrem integrum sibi esse novit, alter ne filius quidem fuit, nec in foedus DEI receptus. Major itaque DEI Patris propensio erga filium fuerit, licet *perditum*, quam erga *peregrinum* & *exterum*. Alter enim adhuc retinet paternae indulgentiae

1011 91

X 2

memo-

memoriam, alter nunquam habuit. Quid, quod ipsa illa recordatio pristinae felicitatis, quae in pectore illius residet, mox erumpit in *assensum* atque *fiduciam*, de bonitate Patris, & pristino erga filium degenerem affectu recuperando, ut aliquando ad se reverfus dicat: *Surgam, & ibo ad Patrem meum & confitebor ei: Pater peccavi in coelum, & coram te Luc. XV, 17. 18.* Sed quantum vero, aut quantum illam dixeris hanc filii perditam, sive reminiscenciam sive illuminationem? id nobis altero nunc loco expendendum venit. Mirum enim quantum hic Ecclesiae obstrepunt novatores. Scilicet concedunt irrogenitis etiam ἀπλῶς ita dictis (quo nomine nostrates, cum docentes, tum discentes plerosque omnes suggillant) aliquam rerum divinarum notitiam, sed negant *spiritualiter veram* illam esse, quin potius *naturaliter tantum*, ac proinde scientiam *historico-Diabolicam* rectius dicendam putant. Nam impium hujusmodi sive lectorem sive interpretem Scripturae intelligere quidem, ajunt, sacras literas, imo universam fidei analogiam inde imbiber, eminime tamen vel assistente DEI gratia vel adjuvante, sed solius naturae beneficio hujusmodi Theologiae habitum sibi comparare. Quae cum Pelagianismo affinia esse animadvertant, geminum Scripturae sensum affingunt, quorum alterum *nude literalem, mereque naturalem* vocant, quippe quem literae vocesque per se fun-

se fundant, alterum *supernaturalem* atque *spiritualem*, qui Scripturae accedat, affectuque et experimento spirituali percipiatur; priorem quidem assequi irregentum ex viribus naturae, minime posteriorem, affirmant. Hi sunt fumi inanes, quos venditant illi, hi labyrinthi inextricabiles, in quos si incidat minus exercitatus, metuo sane, ne totus haereat, nec suo ipsius studio expedire se possit. Itaque visum mihi est nervum rei tantum incidere, cetera autem ad Theologos nostros remittere, quando quidem nondum ad triarios res rediit. Ac *πρώτον* quidem *ψεύδος* ut patet, illud est, quod hominem *negative* ac *simpliciter* irregentum distingvere neiciunt, ab irregento *privative* & *secundum quid* appellato, velut antea inculcatum. Ut enim illi non competat gratia illuminationis, huic tamen denegandam penitus non esse, contendimus. Nam *homo animalis absolute consideratus demum talis est*, verba B. D. Schmidii sunt, *ut nihil suscipiat vel capiat eorum, quae sunt Spiritus DEI: interim subjective, & secundum quid, potest esse ψυχικός, animalis, qui aliquid intelligit eorum, quae sunt Spiritus DEI, non quidem quae talis, sed quae jam a Spiritu DEI imperfecte illuminatus. P. II. Coll. Bibl. p. 165.* Neque vero *ψυχικός* ille univertum istius gratiae complexum capit, quem *inhabitantis* alioquin gratiae nomine efferimus, sed *assistentem* tantum, quae Deus hominis intellectum notitia rerum salutarium illustrat, ut verum spirituale

intelligat, aliquando etiam de eo vincatur, & amore verbi Dei incensus, ad emendandam voluntatem & bonum spirituale amplectendum concitetur. Quam quidem distinctionem vel suggillat pars ad-versa vel nauseat, tanquam ἀγραφοῦ, sed præter causam. Quid enim clarius isto Servatoris, cum *Spiritum veritatis*, quem quidem mundus, ἀπλῶς ψυχῆς capere non poterat, Apostolis utitur *συναξαζάδης* atque *ἀριστίας* in-simulatis promittit, quod apud illos *fit mansurus*, &, si fidem concipiant, *in iisdem habitaturus*, ὅτι παρ' ὑμῶν μέ-
νει, καὶ ἐν ὑμῶν ἔσται, Jo. XIV, 17. quorum alterum gra-
tiae *assistentis*, alterum *inhabitantis* indicium est. Nec aliud indigitat Petrus: *Habemus*, inquit, *Sermonem Prophe-
ticum*, cui recte facitis, dum attenditis, ceu lu-
cernae, in loco caliginoso lucenti, (quae Verbi vis in corde hominis irrogeniti lucens, quid aliud quam ipsa gra-
tia *assists* est?) donec dies illucescat, i.e. fides, & per-
hanc *Phosphorus* i.e. Christus, exoritur in cordibus no-
stris; (quod gratiae *perficientis* ac *inhabitantis* argumen-
tum,) 2. Pet. I, 19. Sic Festum, Syriae praefectum do-
no gratiosae illuminationis destitutum fuisse non nego, quod homo mere ψυχῆς esset, cui *μωρία* videbatur. concio Paulina Act. XXVI, 24. Ex adverso autem Re-
gem Agrippam, quid obstat, quo minus vere illumi-
natis annumeraveris, cum *assensum praebuerit Prophe-
tis*; testante Apostolo, ut necdum *Christianus* fue-
rit, sed ratione *voluntatis* adhuc irrogenitus, ac minus conversus. ib. 27, 28. Itaque aliquando clare illumi-
natur intellectus, non emendata tamen simul volunta-
te. At enim, *vera* non est haec illuminatio, sed saltem *naturaliter* vera, nec alia, quam *historico-dibolica*, ut pertendunt. Sic admisso absurdorum uno, facile consequuntur plura. Quaeso, an quod Spiritus veritatis

ritatis revelavit, *spiritualiter* verum non est? Clerum illum Hierosolymitanum, qui interneccionem Christi meditabatur, nemo non enormiter *impium* dixerit, at hic ipse tamen scientiam de adventu Messiae exactam hauserat ex Scripturis, ut vel locum nativitatís designare posset, *Matth. II, 5, 6.* an *naturaliter* tantum verum dicas, quod è Prophetis didicerant illi? nobis certe, *divinitus revelatam notitiam*, dicere *naturaliter verum*, *σιδηρόζυλον* videtur. Erant in cathedra Mosis Scribae ac Pharisei, quorum opera detestabatur Christus, *impii* ergo atque maleferiati; at hos tamen audiendos esse etiam discipulis Ivasor hortatorque fuit, *Matth. XXIII, 2, 3.* an, ut *naturalem* inde addiscerent veritatem, aut *quandam de rebus sacris philosophiam*, quam vocant, nugae! quin potius, ut ex veritate, quam tradebant coelesti, viam cognoscerent salutis. Si quis hanc impiorum notitiam *historicam* appellaverit, non repugno, dummodo non fiat per contemptum, & quoddam virtutis divinae *ἐξέθνήμα*. Nam vel *historica* de Christo notitia, Spiritu ac veritate DEI tam foecunda fuit, ut pagani, aliique *ψυχμοί* ea perducerentur ad fidem. Si enim fama de Salomone tantum valuit, ut exteræ nationes ac populi hac concitarentur, cur minorem virtutem ac vim tribuamus famæ & historiae de Christo? Istud vero blasphemiae geminum semper duxi, *diabolicae illuminationi* assimilare quod Spiritus S. per Verbum & Sacramenta in animis hominum accendit. Hoc enim donum gratiae est, illud vero ratione *creationis*, donum naturae, ratione *revelationis* tormentum irae & iustitiae divinae *Matth. VIII, 29. Jac. II, 19.* Christus sane *adscendit in aelum*, non ut *daemonibus sapientiam restitueret*, sed ut *dona gratiae acquireret hominibus*; & quæ dona? cum alia, tum haec etiam, quæ *ad opus*

δικο-


diabolos seu ministerii faciunt, & ad aedificationem corporis Christi. *Eph. IV, 8, 12.* Sed forte ex viribus naturae, perinde ut daemones, mysteria divina percipiunt impii; atque hoc illud est, quod in Pelagianis damnavit antiquitas. Nam ea, quae Spiritus sunt, non alio, quam Spiritus S. auxilio addiscuntur. Hic enim Spiritus veritatis est, qui nos ducit in omnem veritatem coelestem. *Joh. XVI, 13.* Hic in omnibus, s. regentis s. irregentis omnia efficit, & dispensat peculiariter unicuique pro suo arbitrio *1. Cor. XII, 11.* Denique monstrum in Theologia invisum atque inauditum est, geminum Scripturae sensum comminisci, quorum alter nude naturalis sit, notitiamque naturalem pariat, & ab impiis e solis naturae viribus percipiatur, alter supernaturalis, qui sapientiam generet spiritualem, & in solis renatis locum habeat. Sic tandem in nasum cereum abibit Scriptura, sic non impiis spirabit, ut convertantur, sed probis tantum & electis, quod pridem in Praedestinatione explosum. Eat nunc lapsus, & sui conversionem quaerat ex Verbo? nisi fidem attulerit, nec *hipp* tualiter veram, nec salutarem inde hauriet notitiam, paucis, nec illuminabitur vere, nec convertetur, nec salvabitur. Nostrium est vos cohortari O. *Cives*, quin & obtestari, ne his novaturientium laqueis irretiti, a prisca illa & genuina fide deflectatis, sed Spiritu veritatis collustrati, rectae insistatis viae, ipsaque morum innocentia veritatem regenerationis vestrae comprobetis; denique etiam, oblato sacro denario, quoddam fidei & obsequii vestri specimen relinqvatis. Itavos DEUS servet! PP. pridie Festi PENTECOSTES
C10 10CC IX.


VVITTENBERGAE,
Typis CHRISTIANI SCHROEDTERI, Acad. Typ.

ULB Halle
005 361 753

3







146.
1709
10

PRORECTOR
ACADEMIAE VVITTENBERGENSIS
**GEORGIVS
BEYERVS,**

J. V. D. Pandect. P. P. Curiae Provinc. & Scabinatus
Electoralis Saxonici Assessor, nec non Facultatis Juri-
dicae h. t. DECANVS,

CIVIBVS ACADEMICIS

S. P. D.

**ET SPIRITVS S. GRATIAM
APPRECATVR.**